

5661 ara quadrata utrimque inscripta, supra in concham finiens. Barzanò in canonica S. Salvatoris pro vasculo aquae sanctae.

ab una parte
litteris rudibus et pravis:

NOUEKIAI
PADDARUSM
I·O·M·U·S·L·
PROSEREM
DOMUM·F
QVM DIS
DEABUSQ
D D D

ab altera parte
litteris quadratis iustis:

I·O·M
NOVELLIANVS
PANDARVS·EX·V
PRO·SE·ET·SVIS
OMNIBVS·ARA
DEO·DONVM·P

Descripsi. Ea, quam priorem posuimus, legitur apud Giulinium ms.; utramque proponunt Redaelli *Brianza* 1, 167, qui secundam ait nuper demum prodisse; Orelli 1217. 1218 a Labusio; Biraghi *amico cattolico* ser. 2 vol. 11 (1854) p. 395; Cael. Mantovani *notizie di Barzanò* (1868) p. 6. 47 seq. cum interpretationibus Bordae et Labusii, citans item schedas Sirtorii.

Prius exemplum barbaram et conceptum et exaratum propterea reiectum esse videtur et lapide converso alterum substitutum. Nota in illo formam elementorum cursivam, ut sunt N pro N, R pro R, F pro F, S vel S pro S, U pro V, item quod scribitur Novellianus Paddarus pro Novelliano Pandaro et Iovi . . . cum dis deabusque pro I. o. m. dis deabusque, ut alia mittam. Prior sic videtur legenda: *Novelian[us] Paddarus I(ovi) o(ptimo) m(aximo) v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)* (nam v. 2 fin. m videtur adiungenda ad v. s. l. v. 3) *pro se rem domum (= re domo) f(ecit) qum dis deabusq(ue) d(eo?) d(onum) d(at)*. Biraghius v. 4. 5 edidit PRO·SERENA·F | DONVM·F, interpolans ut solet. In altera est: *I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Novellianus Pandarus ex v(oto) pro se et suis omnibus ara(m) deo donum p(osuit)*.

5664 Anzani in parochia Incini in hortis marchionis Carcano rep. a. 1839 et donata comiti Giovio, qui collocavit in aedibus suis ANNONI. Ego ibi non vidi.

NIGELLIONI
SEVERI·F
IOVENI

Annoni ms.
Cf. n. 5742.

5665 Alzate MUR. in foro ante ecclesiam LABUS. Hodie Comi in museo Giovio.

MINERVAE
L·IVVENTIVS
PVSSIENVS
V·S·L·M·

Contuli. Mur. 52, 4 ex schedis suis; Labus ad Amoretium p. 279 et apud Annonium Cantur. p. 428 tab. 5, 3; Redaelli *Brianza* 1, 124; Aldini Com. n. 7; Monti n. 11.

5666 Alzate apud aedem S. Petri IOV. ALC.

MINERVAE
V·S·L·M
VITALIO
MAXVMI·F

Iovius in add. f. 70; Alciatus l. 2 f. 47b fortasse ex Iovio. Ab his posteriores: Grut. 1011, 6 ex Alciati cod.; Borsieri l. 3 inscr. 4 ex Iovio; Rovelli 1, 250; Aldini n. 6; Redaelli *Brianza* 1, 124; Monti n. 10. 'Trascritta pure negli atti di visita che fece a Alzate il Cardinal Borromeo nel 1616' Labus apud Annonium Cant. p. 429.

4 MAXVMI·F IOV. (Brer.) Alc., MAXVMII IOV. (mun.).

5667 Fegii [Fecchio], quae Cantuariensis pagi [Cantù] villa est, in semiruta Iuliani aede nuper rep. ALC. Deinde Mediolani apud Archintios ARCH. Nunc in Brera.

C·PLINIO·L·F
OVF·CAECILIO
SECVNDO·COS
AVGVR·CVR·ALV·TIB
5 Et r i P ET CLOAC VRB
P r a e f . a ER SAT PRAEF
AER·MIL·Q·IMP
SEVIR·EQ·R·TR·M·I·L
LEG·III·GALL·X·VIRO
10 STL·IVD·FL·DIVI·T·AVG
VERCELLENS

Contuli. Alciatus l. 2 f. 42 (inde Grut. 454, 5); Iovius f. 72 adnotans: 'Andreas Alciatus primus reperit exscriptumque nobis transmisit; deinde hoc anno, qui est 1531, Io. Antonius Vulpus adolescens manu sua depinxit cum ipsis quoque rimis ac confracturis'; Cattaneus ante epistulas Plinii in ed. Mediolani 1506; Borsieri l. 4 c. 19 ex marmore et ex Iovio; Palermus de vera Plinii patria p. 166 ex Iovio; Archintiana ad Alciatum f. 201, cod. Ottob. f. 62, ed. p. 51; Rovelli 1, 253; I. B. Giovio *lett. lar.* p. 56; Aldini n. 39; Labus apud Amoretium p. 235 et in eph. *il Raccogli-tore* 8 (1820) p. 245 et apud Annonium Canturio p. 437; Monti n. 47.

V. 7 quod requiritur supplementum sex minimum litterarum PR·TR·PL, spatium excedit. — Apponam exemplum Alciati: C·PLINIO·L·F | OVF·CAECILIO | SECVNDO·COS | AVGVR·CVR·ALV·TIB | ER·ET·CLOAC·VRB | PRAEF·AER·SAT·PRAEF | AER·MIL·Q·IMP | SEVIR·EQ·R·T·M (sic cod. Biraghi, TRIB pro T·M cod. Dresd.) | LEG·III·GALL·X·VIRO | STL·IVD·FL·DIVI·T·AVG | //RCELIENS. Idem habet Iovius (nam Vulpus omnino delineavit ad Alciati exemplum, non ad titulum) habentque fere reliqui, nisi quod Labus partem tituli superiorem dedit ex lapide; inferiorem praetermittens.

5668 in Galliano oppido.

DIANA E
BVCOLVS
M·C·SER·VI/
V·S·L·M

Alciatus in add. cod. Dresd. l. 2 f. 90 (inde Saxius p. 8; ex Saxianis repetitis apud Donatum vol. 1 proleg. p. 555 Aldini n. 9; Monti n. 13).

3 id est M. C(ornelii similiterve) ser(vus) vi[l(icus)].

5662 Cassagi rep. a. 1760 (1758 RED.), cum ecclesia antiqua diruta est, et absumpta in turri campanaria facienda.

MARRILLA
ROMINI·F
O·V·M·F

Giulini ms., cui dedit marchio Paulus Plantanida; Redaelli 1, 158 ex schedis Sirtori; Biraghi *amico cattolico* ser. 2 vol. 11 p. 393 a prioribus opinor.

1 MARILLA Red. Bir. — 2 sic Giul., ROMINI·F Bir., ROMINE·F Red.

5663 fuit Lambrugi prope Lurago nell' alta Brianza in hortis Venini; dominus a. 1868 dedit museo Mediolaniensi.

protome viri protome mulieris protome viri
M·ASELLIO·M·L
CLEMENTI
STATIAE·STATVLLAE
VXORI
5 M·ASELLIO·LATINO·L
M·ASELLIVS·M·L
CLEMENS·T·F·I

Descripsi.